

2304 inter Telesinas.

C · TITIO · HILARO  
TITIAE · RVFAE  
TITIA · SP · F · QVERVLA  
FRATRI · ET · MATRI

Petrucci 2 p. 107.

2305 [= 4911] columna dimidiata inscriptionem habens in clipeo extante. Telesiae in hortis Pacellianis *alla Peschiera*.

D · M · S  
TITIAE · FELICITATI  
sic SEPIV · FORTVN sic  
COIVG · SANTISS sic  
5 CVM QVA VIXI  
sic ANNI XL · SINE VL  
LA QVAERELLA  
BEN MERE FEC

Descripti et recognovi. Pacelli n. 23.

2306 [= 4912] Telesiae.

D · M · S  
TREBELLIANAE  
FELICITATI · P · VI  
BIVS · AMPLIATVS  
5 CONI · KARISSIM · FEC

Pacelli n. 12.

2307 Telesiae extra ecclesiam cathedralem.

D · M · S  
VERNACLE · FILIAE  
DVLCISSIMAE · QVAE · VIXIT  
ANN · XI · DIEB · XX  
5 CLAVDIA · SABINA · MTR  
ET · MVSA · PATER · FILIAE · RAR  
ISSIMAE · INFEL · FEC

Mazochi syll. ms.

2308 [= 4913] prope Telesiam.

protome viri  
T · VIBIVS · P · F · VISCVS

Cusani a. 1797 Pacellio descriptis; Petrucci ms. 2 p. 62.

TITVS · VIBIVS · P · FILIVS | VISVS Petr.

2309 inter Telesinas.

L · VOLCACIVS · OPTATVS  
SIBI · ET  
I · VSIDIO · MONTANO  
EX · TESTAMENTO · HS · DCCC

Petrucci 2 p. 108.

3 L. Ausidius L. f. Hor. Montanus nominatur in Herculanensi vol. X n. 1468.

2310 [= 4914] litteris vetustis Solopacae in hortis Guglia.

ACVMIS  
VOLVIA  
Q · L ·

Descripti et recognovi. Petrucci vol. 2 p. 109. Est in vol. I n. 1219.

2311 [= 4854] Telesiae in hortis Pacellianis.

CESSVS · PATER  
STATVIT AC DEDI  
CAVIT

Descripti et recognovi. In ed. 1 data est non recte.

2312 litteris aevi labentis. Telesiae in hortis Pacellianis.

R · R ·  
E  
ENTI

Descripti.

Telesiae in hortis Pacellianis.

2313 TIS  
OB2314 R · N  
· L  
PAR  
VII2315 DI  
/E2316 AB · I  
VON  
VCV  
eiusdem tituli fr.

Descripti. Complura similia ibidem servata suppressi.

2317 inter Telesinas.

Q · IVIS · SIBI  
II · IVIS · · · · L · X

Petrucci ms. 2 p. 82 postea adscriptis.

## LI. ALLIFAE (Allife). Tribu Teretina.

Allifas<sup>1)</sup> pariter atque Telesiam Samnitibus adscribunt auctores plerique, scilicet Diodorus 20, 35, Livius 8, 25. 9, 38, Strabo (5, 3, 10 p. 238: Αἰσαρνία δὲ καὶ Ἀλλίφαι ἡδὴ Σαυνιτικαὶ πόλεις εἰσίν), Ptolemaeus 3, 1, 67; Campaniae unus Plinius 3, 5, 63 (v. p. 203). In potestatem Romanorum Allifae venerunt vi captae a. u. c. 444 a consule C. Marcio Rutilo testibus Diodoro 20, 35 et Livio 9, 38; nam quod hic item tradit (8, 25) eas iam a. 428 expugnatas esse, parum probabile est. Quo iure postea fuerint, aliquatenus inde perspicitur, quod Allifae nominantur inter oppida, quo praetor urbanus quotannis praefectum iure dicundo mitteret (Festus p. 233 v. praefecturae); videntur igitur Allifani civitatem Romanam sine suffragio habuisse, donec bello opinor sociali ad plenam iuris communionem pervenerunt. Oppidum fuisse satis populosum auctores significant Cicero (pro Planc. 9, 22: tractus ille celeberrimus Venafranus Allifanus) et Strabo l. c. (post verba supra allata: ἡ μὲν [Aesernia] ἀνηρημένη κατὰ τὸν Μαρσικὸν πόλεμον, ἡ δὲ [Allifae] ἔτι συμμένοσα); sed cum saepe nominetur tam in chorographiis Strabonis Plinii Ptolemaei ll. cc. et itinerariis (v. p. 203 n. I) quam alibi (Liv. 9, 42, 6. 22, 13, 6. c. 17, 7. c. 18, 5. 26, 9, 2; Silius 8, 537. 12, 526; Cicero de lege agr. 2, 25, 66), unus liber coloniarum p. 231 oppidi vices tangit: Allifae oppidum muro ductum: ager eius lege triumvirali est

adsignatus: iter populo non debetur. Et coloniam fuisse lapides quoque confirmant n. 2354 et Caiatinus suo loco editus, nec quicquam obstat, quominus ea a triumviris originem trahat. Magistratus praeter defensorem rei publicae (n. 2354) reperiuntur duoviri (n. 2345. 2346. 2350. 2355. 2356. 2357; iure dicundo additur in uno titulo eoque perturbato n. 2348) et duoviri quinquennales (n. 2334. 2353. 2354. 2359), item praefecti iure dicundo (n. 2346), deinde aediles (n. 2346. 2348. 2353. 2354. 2356. 2357. 2359) et quaestores (n. 2348. 2353. 2356. 2357), quorum alii sunt sacrae pecuniae alimentariae (n. 2354), alii pecuniae publicae (n. 2355 cf. 2354). Accedunt curator aquae ducendae (n. 2353), curator viarum sternendarum (n. 2345), praepositus pecuniae frumentariae (n. 2354). Sacerdotia nobiliora adhuc nulla innotuerunt excepto muliebri divarum Augustarum (n. 2347). Collegia reperiuntur fabrum tignuariorum (n. 2339), capulatorum sacerdotum Dianae (n. 2336), contubernium Veneris (n. 2354), quocum componemus mulierem sacerdotem Veneris (n. 2358). Libertini denique ordinis Augustales passim nominantur; adest item quaestor Augustalium (n. 2363. 2364. 2365. 2368 bis. 2369) sive Augustalium quaestor (n. 2367) alibi vix repertus. Iidem interdum appellantur magistri sacrorum Iunonis sive Iunonis sacrorum (n. 2362. 2363. 2365), quocum conferemus n. 2323 dedicatum Iunoni Reginae. — Tribus Teretina domesticis titulis undecim infra relatis cum stabiliatur, non audiendus est militum index (vol. VI n. 3884 II 47: Q. Torbius Q. f. Fal. Tertullinus Alif. cf. 51) in tribubus multa habens singularia et certis testimoniis contraria.

1) Nummi argentei inscripti Graece ΑΛΛΙΒΑΝΟΝ vel Osce Alifa similiterve ad Allifas has non videntur pertinere.

## REGIONIS QVARTAE PARS PRIMA. SAMNITES.

### L. TELESIA (p. 205).

IV a. Ioh. Paulus Rossi quae misit Arditio praefecto musei Neapolitani d. 25 Ian. 1814 servata in actis eius musei excussi; sed vix quicquam quod utile esset inde accessit.

ad V. Petruccius obiit a. 1865 teste Iannellio in actis Casertanis 1879 p. 15.

VI. Gabriel Iannelli Campanus in actis Casertanis a. 1879 titulos Telesinos alios sibi visos, alios desumptos ex Petruccii codice edidit hos

n. 2205. 2210. 2211. 2219. 2220. 2224. 2227. 2230. 2233. 2240. 2241. 2242. 2244. 2253. 2254. 2258. 2269. 2276. 2278. 2279. 2280. 2281. 2291. 2293. 2294. 2304. 2309. 2311. 2312. 2313. 2314. 2315. 2317 et fragmenta quaedam infra relata. Quam dat p. 13 collocatam supra n. 2281: L·D·D(?) imago ISP | MAR, ea sine dubio medii aevi est. Cum pleraque editio occuparit, in appendicem ex Iannellianis rettulimus quae utilia inde accesserunt.

ad n. 2204. Refert iam Rossius a. 1814 collocans *nell' antico vescovado di Telese*.

ad n. 2225. Refert Rossius collocans apud Pacellios.

ad n. 2230. Iannellius p. 9 dat pleniorum ex Petruccianis sic:

M · LOLLIVS · M · F | QVA }  
TVRREIS · DVAS · PRO · I }

ad n. 2231. Refert Rossius collocans apud Pacellios.

ad n. 2236. Missam esse Danielio ait Rossius. Visam apud illum c. a. 1792 in schedas suas, hodie musei Berolinensis, rettulit Uhden.

ad n. 2239. Refert Rossius loco non adscripto.

ad n. 2244. Ediderunt Iannelli l. c. p. 12 et Michael Pacelli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 97.

ad n. 2270. Telesiae *presso un particolare Iacomasi* Rossi.

ad n. 2276. Iannelli l. c. p. 13 legit I C·CAESEN I.

ad n. 2279. Telesiae *al ponte di Pacelli* vidit PETRUCCIUS secundum Iannellium; extra S. Salvatore in loco q. d. S. Vincenzo in massa S. Agathae IANNELLI. Exemplum non differt nisi quod legitur 2. 3 FRE|GANIVS.

ad n. 2293. Iannellius l. c. p. 12 adscripta loci indicatione Petrucciana sic dedit male lectam: MEMORIAE | MARTII·L·L·NV|MISIA·Q·F·SER|VO·D·S·S·F.

ad n. 2311. Iannellius l. c. p. 11 dat sic: ... | ...RVS·PATER | STATVIT·AC·DEDI|CAVIT | D·D

**6295** in vico S. Salvatoris in aedibus Angeli Severino in puteo.

*germanicus et drusus?* | I · AVG · F |  
c a e | S A R E s

Iannelli act. Casert. 1879 p. 12.

**6296—6303** Telesiae in hortis Pacellianis.

6296 CONCVBINA

6297 HAS

6298 NT

6299 LIB

6300 RO

6301 ISAI

6302 IS

6303 SE

Iannelli act. Casertan. 1879 p. 11. Sprevi ego haec, sed ne quid publicatorum a corpore absit, iam addo.

### LI. ALLIFAE (p. 214).

ad n. 2323. Edidit Mur. 16, 4 ex schedis suis, male collocans Tibure.

ad n. 2334. Nuper denuo prodiit in regione Corroppola, fundo Meola in casa coloni cuiusdam; edidit Matth. Visco apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1878 p. 141, addens titulum interpolatum videri manu recenti, recte opinor. Datur ita: ACILIAE CAVIN | PRAENESTAE | L·ACILIFILIAE | M ACILI FAVSTINI | COS NEP ACILI CLA|BRIONIS BIS COS IIV | QQ PRONEP CLA|DI CLAEOBOLISTE | NEPTI.

ad n. 2369 a. Prodiit *Notizie degli scavi* 1878 p. 69.

**6304** Allifis rep. in sepulcro in praedio Potiti Colapetella.

N · BAEBIVS · N · L · VIRIATVS ·  
BOTTIA · C · L · ISIA  
N · BAEBIVS · N · L · PHILOSTRAT  
L · BAEBIVS · N · F · RVFVS  
5 N · BAEBIVS · N · L · PHILOMVSVS  
L · BAEBIVS · N · L · LACES

Matth. Ang. Visco apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 84.

**6305** Allifis rep. cum n. 6304.

C · L · HILARVS  
VSTA pes humanus  
opere ana-  
glypho

Matth. Ang. Visco apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 84.

**6306** Allifis rep. a. 1839 ante ecclesiam cathedralem.

LIL  
MATRI · N  
FECIT · VT · FAC  
VIT · FACERE  
5 MORS · EFIFC  
PAT

Ex actis tabularii publici Neapolitani ed. *Documenti de' musei d' Italia* 4 p. 93.